UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Libellus de modo co[n]fitendi et penitendi

[Deventer], [ca. 1498 - 1499]

urn:nbn:de:hbz:466:1-31245

Visual Library

u  as sacre phetus in sterñ gl'a Precapit pussime  ... 

Euouae. Libera nos. Euouae

a testimonia tua dn̄e: ideo scrutata ē ea aīa
Declaracio sermonū tuorū illūiat: et intellectū
Os meū aperui et attraxi spūm: quia mādā
bā Aspice in me et miserere mei: sedm iudici
u nomen tuū Gressus meos dirige sedm elo
non dominetur mei omnis iniusticia Redime
nys homi: ut custodiā mandata tua Faciē
tuā illumīa super seruū tuū: et doce me iustificationes tuas Ex
itus aquarū deduxerūt oculi mei: quia non custodierūt

mei ad te diluculo: ut meditarer eloq̄a tua Vo
cem meā audi scd̄m misericordiā tuā dn̄e: et scd̄m
iudiciū tuū vivifica me Appropinquaverūt ꝑsequētes
me iniq̄tati: a lege autē tua longe facti sūt Prope es
tu dn̄e: et omnes vie tue veritas Inicio cognovi de testi
moniis tuis: quia ī eternū fundasti ea Vide humilitatē me
am et eripe me: quia legē tuā non sum oblitus Iudi
ca iudiciū meū et redime me: ꝓpter eloquiū tuū vivifica
me Longe a peccatoribus salus: quia iustificaciões tuas nō
exquisierūt Misericordie tue multe dn̄e: scd̄m iudiciū tu
um vivifica me Multi q̄ ꝑsequūtur me et tribulāt me: a
testimoniis tuis non declinavi Vidi p̄varicātes et tabes
[illegible]

Joēs grenebroch

# Libellus de modo cõfiten di et penitendi



# Quidaʒ fructuoſus libellꝰ de modo cōfitendi et peni tendi. Feliciter incipit.

pniam/agas .i. velociter　　　pro ʒquando
**Eniteas cito peccator　　　cum ſit**
miſericors　.ſ. chriſtus
**miſerator iudex**

¶ Preſens libellus eſt tractās de penitētia ſiue de modo penitendi tanq̄ȝ de ſubiecto. Et diuidit in duas partes p̄ncipales. In quarum p̄ma determinat auctor de penitētia, put reſpicit penitentem. In ſecūda pte determinat auctor de penitentia, put reſpicit ꝯfeſſorem. ſecunda ibi. Confeſſor dulcis. Prima adhuc diuidit in tres partes. Nam p̄mo auctor ponit quedam documenta generalia. Secūda ſpēaliter declarat de ꝯtritione. ꝛ tercio de confeſſione. ꝛ etiam interponit aliqua de ſatiſfactione. ſecunda ibi. Omnia pctā. tercia ibi. Uera ſit integra. Dicit primo ſic O pctōr facias cito penitentiam. ꝛ ſequit causa quia iudex, ſcʒ chriſtus eſt miſericors

## Circa textū dubitatur

¶ Primo quid ſit penitentia　Secundo vnde dicitur penitentia
Tercio quotuplex eſt penitentia　Quarto quid proficit penitentia
Quinto quare penitentia debet fieri cito　Sexto quomodo appareat ꝙ deus ſit miſericors.

¶ Ad primū dubiū reſpōdet ꝙ penitētia, ſm Ambroſiū ſic definit. Penitentia eſt p̄terita mala deplāgere ꝛ plāgenda iterū nō cōmittere. Uel ſm Gregoriū. Penitētia eſt pcti cōmiſſi cū intima cordis contritōe ꝛ lachrymaꝝ effuſione emēdatio. Et trahit hec definitio ex dictis btī Auguſtini dicētis. ꝙ pctm̄ nō dimittit niſi plena cōtritio cū ſatiſfactione opeꝝ ꝯſeq̄t Uel ſm Gregoriū. Penitentia eſt ante acta pctā deflere. ꝛ iterum flenda non committere Ex quibus definitionibus. Primo ſequitur ꝙ penitentia eſt ſolum pro pctis. Secundo ſequitur ꝙ penitentia eſt ſolum p pctis commiſſis ꝛ non committendis. Tercio ſequitur ꝙ ad penitentiam ſequitur dolor de pctis. Quarto ſeq̄tur ꝙ ad verā penitentiā req̄ritur intentio amplius non peccandi

¶ Ad ſcd̄m dubiū dicit ꝙ hoc nomē penitentia, dr quaſi pene tenētia. qr ſine pena ꝛ dolore nunq̄ȝ fit pfecta penitentia

¶ Ad terciū dr ꝙ pnīa multiplr̄ diuidit Prīo ī intiorē tm̄. q̄ ē d iure naturali. ꝛ ī extiorē q̄ ē ad arbitriū hoīs Scd̄o diuidit ī pnīaȝ ſolēnē publicā ꝛ. pua

t.im Solemnis penitentia eſt que imponitur ab epiſcopo vel vicario ſuo et que fit cum ſolemnitatibus eccl'e. vt peregrinatões ſcōz aliquē modū ſpeālē ſcꝫ cū nudis pedibꝫ vl' diſcooꝑto capite Priuata pnīa ē q̄ ſecrete fit vel fieri pt̄ vt legere orōes. dare elemoſynas. ieiunare corpꝰ caſtigare. ꝛcꝰs Tercio diſtinguitur in liberam ꝛ coactam. Libera eſt quā quis libere facit. ꝛ illa eſt proprie ſecramentum. Coacta ad quā quis cogitur ſicut fit in iudicio ſeculari ꝑ forefactis. ꝛ illa non eſt proprie ſacramentum. Quarto diſtinguitur penitentia in actualem ꝛ habitualem. Actualis eſt qua homo actualiter ſatiſfacit pro pctīs ꝯmiſſis. ꝛ ad illam nō quilibet homo tenetur ſed ſolus pctōꝛ. Habitualis eſt quedam deteſtatio vel diſplicentia de pctō ꝯmiſſo ſcꝫ ſi ſit ꝯmiſſum vl' qđ poſſit cōmitti ſi nō ſit ꝯmiſſum. ꝛ ad illā quilibet homo tenetur ſiue ſit in pctō ſiue non

¶ Ad quartū rn̄der ſm̄ ſcm̄ Thomā q꞉ ꝑ pnīam abſoluit pctōꝛ a pctō. reſtituit eccleſie. recōciliat chriſto bonis ſpūalibꝫ ditatur. de filio diaboli filius dei efficit. ꝛ ꝑadiſus apitur ei. Itē pnīa angelos letificat. impios iuſtificat. amiſſa bona reuocat. ꝛ ad vitā eternā inuitat

¶ Ad q̄ntum reſpōdetur q꞉ pnīa multis de cauſis debet fieri cito. Prima eſt q꞉ diu expectauimus. Scđa eſt q꞉ ad magna vocamur ſcꝫ ad eternam gl'am. Tercia ne ab eternis nuptijs excludamur. patet exēplariter in euāgelio de q̄nqꝫ fatuis ꝟginibꝫ. Quarta ne ab hoſtibꝫ impediamur. Quīta propter penas ꝯpellētes. Sexta ne blāde decipiamur vt aues ꝑ aucupem piſces ꝑ piſcatorem. Septima ne morte ꝑueniamur. Octaua ne ꝯſuetudine teneamur. Cōſuetudo em̄ eſt altera natura

Ad ſextū rn̄r q꞉ ī m'ltꝫ apparet dei miſcđia q꞉ ſm̄ ſcm̄ Thomā. Deꝰ peccatores patiēter expectat benigne recipit vlciſci diſſimulatō ꝑiculis liberat. grāꝫ donat. datā multiplicat. multiplicatā ꝯſeruat. ꝯſeruatā ī celo nūciat. offenſam dimittit pctm̄ poſt remiſſionē no meminit. errātes a ſe reducit. eūtes ad ſe cōducit. cadētes erigit. ſtantes tenere nō deſinit. ꝛ final'r ꝑſeuerantes in gloriam inducit

.i. ſequētia. id eſt ſpes ꝛc. .i. obſeruāda a te pctōre

**Et ſunt hec quinqꝫ tenenda tibi**

remiſſio pctōꝝ cōtritio cordis .i. cōfeſſio pctī.

**Spes venie. cor contritum. cōfeſſio culpe**

id ē ſatiſfactio penalis .i. vitatio peccati

**Pena ſatiſfaciēs. ꝛ fuga nequicie**

¶ Conſequēter in iſta parte auctoꝛ magis ſpecialiter determinat doctrinā ꝑdictā ꝛ hoc ꝑ doctrinas ſpēales. Et diuidit iſta pars. nā ꝑmo oſtēdit que ſunt neceſſaria facieti verā penitentiā Scđo oſtēdit q̄ ſunt ſibi vtilia ibi. Sperne voluptates. Prima adhuc diuiditur in duas. Nam ꝑmo oſtēdit que debet penitens neceſſario tenere reſpectu ſui. Scđo reſpectu proximi. ibi. Ut dimittaris. Dicit ꝑmo ſic. q꞉ hec q̄nqꝫ ſunt tibi tenēda in ꝑfecta penitentia. ſcꝫ ſpes. venie. contritio cordis. cōfeſſio oris ꝛ pctōꝝ ſatiſfactio. ꝛ fuga peccatorum.

# Circa textum dubitat̃

❡ Pͥmo quid ſit ſpes Secũdo quotuplex ſit ſpes Tercio quid
ſit cõtritio Quarto quid ſit cõfeſſio Quinto quotuplex ſit cõfeſſio
Sexto quid ſit ſatiſfactio.⁊ q̃d ſint ꝑtes ſatiſfactionis

❡ Ad pͥmũ reſpõdetur ꝙ ſpes ſic deſcribit᷑.Spes eſt certa expectatio fu/
ture btitudinis ex dei grã ⁊ meritis ꝓprijs proueniẽs.vel ſic.Spes ē auda
cia mẽtis de largitate dei cõcepta habẽdi vitã eternã per bona merita.Ex
quibus definitionibus pͥmo ſequitur ꝙ non eſt ſpes de p̃terito.neqꝫ de p̃/
ſenti vt pñs eſt.ſed ſolum de futuro.Secũdo ſequitur ꝙ nõ eſt ꝓprie ſpes
de malo.ſed tm̃ de bono.Tercio ſequitur ꝙ non de quolibet bono eſt pro
prie ſpes ſed ſolum de futura beatitudine

❡ Ad ſcðm rñdetur ꝙ dupl'x eſt ſpes.ſcʒ ſpes ſuffragioꝝ q̃ fit reſpcũ btõꝝ
et ſpes penitẽtie vel ꝓprie auctoritatis q̃ fit reſpcũ dei.vñ ſaluati nõ habẽt
ſpem.nec etiã damnati.ſed ſolũ hoĩes in eccl'a militãte ꝓprie habent ſpem
et etiã aĩe in purgatorio exiſtẽtes.vñ illa ſpes q̃ ſit reſpcũ dei ē triplex.ſcʒ
ſpes venie ꝑ pctõꝝ remiſſionē.de qua intelligit᷑ lrã.ſpes grẽ ꝑ diuĩe gratie
ſuſceptõem.⁊ ſpes glorie ꝑ conſecutõem eternoꝝ gaudioꝝ

❡ Ad terciũ dubiũ rñdetur ꝙ cõtritio ſic deſcribit᷑.Cõtritio eſt dolor vo
luntarie aſſumptis ꝓ pctĩs cũ propoſito cõfitendi ⁊ ſatiſfaciendi.⁊ differũt
cõtritio ⁊ attritio.nam attritio eſt quedã diſplicẽtia de peccato cõmiſſo.
ſed nõ eſt perfecta.Sed cõtritio eſt perfecta diſplicẽtia.vñ nõ quilibet do
lor eſt cõtritio.ꝓut cõtritio hic capit᷑ immo nec quilibet dolor ꝓ pctĩs eſt
cõtritio.Vñ duplex eſt dolor pro pctĩs.quidã eſt naturalis.⁊ ille nõ ē me
ritorius qꝛ hoc procedit ex dictamine recte rationis.Alius eſt volũtarius
et actualis qui procedit ex voluntate libere aſſumente dolorem cum ꝓpoſi
to confitendi ⁊ ſatiſfaciendi

❡ Ad quartum reſpõdet᷑ ꝙ cõfeſſio ſic deſcribit᷑ ſm Auguſtinũ.Cõfeſſio
eſt ſermo ꝑ quem morbꝰ latens ſpe venie aperitur.Item ſic ſcðm Gregori
um.Confeſſio eſt pctõrum detectio.Vel ſm aliquos.Cõfeſſio eſt aptiſſi
ma coram ſacerdote peccatorum declaratio

❡ Ad q̃ntum reſpõdetur ꝙ duplex eſt cõfeſſio.quedam eſt mentalis q̃ fit
ſoli deo.⁊ illa eſt de iure naturali.Alia eſt vocalis que fit homini ex ore ⁊
illa eſt de iure poſitiuo ſiue ordinato

❡ Ad ſextũ ⁊ vltimũ rñdetur ꝙ ſatiſfactio ſiue ſatiſfacere ſm Auguſtinũ
ſic deſcribit᷑.Satiſfactio ſiue ſatiſfacere eſt cãs pctõꝝ extiguere vl' extir/
pare ⁊ eoꝝ ſuggeſtionibꝰ aditum id eſt acceſſum nõ indulgere ſic ꝙ homo
habeat firmum ꝓpoſitum peccata confeſſa nunqꝫ cõmittere neqꝫ qua alia
Et ſunt partes ſatiſfactionis duplices.quia quedam ſunt principales et
ſunt tres.ſcʒ orõ ieiunium ⁊ elemoſyna.⁊ quedam ſunt ſecũdarie ⁊ minus
principales vt ſunt peregrinationes vigilie caſtigatõẽs diſcipline ⁊ huiuſ/
modi.Et ille partes ſecũdarie reducũtur ad pͥncipales nã omnia carnem
affligentia reducuntur ad ieiuniũ.omnia vero ſpiritualia ad orõem ⁊ opa
miſericordie ad elemoſynam.Finaliter ſciendum.ꝙ duplex eſt fuge.ſcʒ fu
ga fugiendi.⁊ fuga fugandi.⁊ ſm hoc dicit᷑ a fugo as are.vel a fugo is ere

et vtrāqꝫ fugā habebit penitēs. habebit em̄ fugā fugādi pctā. ⁊ h̄ p ꝯfeſſo
rē. Scd̄o hēbit fugā fugiēdi reſpcū pcti cōmittēdi vl' illi⁹ qd̄ poſſit cōmit/
ti. i. hrē firmū ꝓpoſitū ā plius nō faciēdi hoc pctm̄ nec aliqd̄ ſimile
vt pctā tua dimittant̄ tibi malefcōꝛib⁹ tuis tibi facta indulge

**Vt dimittaris aliȷs peccata remitte**

hominib⁹. emēdabis hoīes ip̄m offendiſſe cōfiteris

**Hiſqꝫ ſatiſfacias quos te leſiſſe fateris**

¶ In iſta ꝑticula oñdit auctoꝛ q̄ ſunt neceſſaria penitēti reſpcū ꝓximi Et
ponit duas doctrinas dicēs ꝙ tu pctoꝛ q̇ facis vel facere vis penitentiā de
bes remittere aliȷs qui tibi malefecerunt. Secūda doctrina eſt ꝙ ſatiſfaci
es illis quibus tu malefeciſti

# Circa textum dubitatur

¶ Primo quid ſit pctm̄ Scd̄o q̄ ſit drn̄a inter pctm̄ ⁊ delictū Ter
cio a quo ⁊ vbi incepit pctm̄ Quarto qualiter hō cecidit in peccatū
Quinto vtꝝ damnati in inferno poſſunt peccare Sexto quare debe/
mus remittere malefactoꝛibus noſtris peccatū

¶ Ad p̄mū dubiū rūdet̄ ꝙ pctm̄ ſm Auguſtinū ſic deſcribit̄. Pctm̄ ē vo
luntas retinēdi vel cōſequēdi qd̄ iuſticia vetat. Vel ſm eundē. Pctm̄ eſt
ſpꝛeto naturali bono ⁊ immutabili reb⁹ mutabilib⁹ adherere. Vel ſm eū
dem. Pctm̄ eſt oē dcm̄ vel factū vel cōcupitū cōtra legem dei Item ſm
Ambroſiū. Pctm̄ eſt p̄uaricatio legis diuine ⁊ inobediētia p̄ceptoꝝ dei.
Ex iſtis definitōibus ſeq̄tur Primo ꝙ pctm̄ p̄ncipaliter eſt in voluntate
mala vl' ex ea ꝓcedit pctm̄ volūtariū. Vn̄ dr̄ Seneca ꝙ oē pctm̄ ē actio
volūtaria. Scd̄o ſeq̄tur. ꝙ pctm̄ eſt cōtra iuſticiā ex eo ꝙ penitentia proce
dit ex dictamine iuſticie. Tercio ſeq̄tur ꝙ iuſte pctoꝛ pro pctīs meret̄ pe/
nas. qꝛ nullus eſt ꝓprie ⁊ iuſte puniendus niſi ꝑ actione mala. nec etiā pre/
miandus niſi ꝑ actōe bona Quarto ſeq̄tur ꝙ oē pctm̄ ſit cōtra legē vel
pꝛecepta dei. Quinto ſequitur ꝙ in omni pctō ⁊ p̄cipue moꝛtali eſt dimiſ
ſio dei. ⁊ adheſio rerum mutabilium

¶ Ad ſcd̄m reſpōdetur ꝙ peccatum duobus modis cōmittit̄. ſcꝫ faciēdo
malum ⁊ dimittendo bonum. ⁊ p̄mum ꝓpꝛie dr̄ peccatum. ſcd̄m vero deli/
ctum quaſi derelictum. Alia differentia eſt. qꝛ derelictū eſt ignoꝛāter com
miſſum. Sed peccatum eſt ſcienter commiſſum. Iſta tamen differētia nō
obſtante vnum ſepe ponitur pꝛo reliquo

¶ Ad terciū riſpōdetur ſm mgr̄m ſententiaꝝ libꝛo ſcd̄o ꝙ pctm̄ oꝛiginēꝫ
et cauſam ſuam traxit in bono. qꝛ ante p̄mum pctm̄ non erit aliqd̄ malū
Et hoc pꝛobat ſic. qꝛ cum peccatum oꝛiginem ⁊ cauſaꝫ habuit hoc fuit ex
bono aut ex malo nō ex malo qꝛ an̄ pctm̄ nō erat aliqd̄ malū. vn̄ oꝛiret̄. ꝗ
oꝛtum eſt ex bono ſcꝫ ab angelo qꝛ angelus ſcꝫ lucifer ante pctm̄ nō erat
niſi bona creatura vel creatura dei. Ex quo etiam pater vbi incepit. qꝛ in/
cepit in celo vbi ſummus angelus ⁊ pꝛimus ſcꝫ lucifer fuit qui pꝛimū pec
catum commiſit cum extollendo ſe dixit. Ponam ſedem meam in aquilo
ne ⁊ ſimilis ero altiſſimo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Ad quartũ reſpõdet ꝙ hõ cecidit in pctm̃ diabolo ſuggerente. carne delectãte. ⁊ aĩa cõſentente. Vñ aĩa cõſentiens cõmittendo in obedientiã totã naturã humanã corripit. vt habet Geñ. iij capl'o

¶ Ad q̃ntum reſpõdetur ꝙ damnati nõ poſſunt peccare qꝛ nõ poſſunt aliquid mereri. qꝛ nullus meretur niſi in hac vita. Nec etiam ſaluati peccare poſſent. Et ſic dicatur ꝙ angeli ꝑus peccauerunt ⁊ ceciderũt. vt pꝫ de Lucifero. ergo videtur ꝙ adhuc poterint peccare ⁊ ſimiliter ſancti. Adhuc reſpondetur negando cõſequentiã. qꝛ angeli iã ſunt ita cõfirmati in charitate chriſti ꝙ nõ poſſunt velle malum. vel voluntatẽ in malum vertere. et ſic pariformiter dicendum eſt de ſanctis

¶ Ad ſextum reſpondetur ꝙ nos debemus alijs remittere mala nobis illata. vt deus remittat nobis pctã. ⁊ hoc petimus ĩ orõe dñicali. vñ dicimꝰ Dimitte nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos dimittimus ⁊c̃. nã ſi nõ dimittimus debitoribꝫ nr̃is. tũc petimus iudicium noſtꝝ. qꝛ tũc petimus ꝙ deus non dimittat nobis peccata noſtra. ⁊ ergo errant qui volunt orõem dominicalẽ corripere ⁊ meliorare dicẽtes. Dimitte nobis debita noſtra melius q̃ꝫ nos dimittimus debitoribus noſtris

cõtemne delitias carnis illicitas. i. viſiones vanas

**Sperne voluptates. ludos. ſpectacula mundi**

derelinque malum ſocium ſtrepitum

**Deſere conſortẽ prauũ. populiqꝫ tumultum**

occultas orõnes miſericordie diligito

**Secretaſqꝫ preces ⁊ opus pietatis amato**

¶ In iſta ꝑte auctor oſtẽdit q̃ ſunt vtilia confitẽti ⁊ penitẽti. ⁊ ꝑmo ſunt fugienda ab eo. ſcd̃o q̃ ſunt acceptãda. ibi Secretaſqꝫ ꝑces. ⁊ dicit tu penitens debes ſpernere voluptates ludos ⁊ publica ſpectacula mũdi ⁊ malum ſocium ⁊ tumultum populi. tũc ibi Secretaſqꝫ ꝑces. dicit ꝙ tu penitens debes amare ſecretas ꝑces ⁊ oꝑa pietatis

# Circa textũ dubitatur

¶ Primo q̃re voluptas ſit ſpernẽda Scd̃o q̃re ludi ſunt ſpernẽdi. et vtrũ impediãt pniam Tercio q̃ ſunt ſeruãda circa ludos Quarto q̃re ſpectacula mũdi ſunt ſpernẽda Quinto q̃re penitens debet fugere malum ſociũ Sexto quid nocet penitẽti tumultus populi

¶ Ad ꝑmum dubiũ dꝛ ꝙ voluptas multis modis eſt ſpnenda a quolibet hoĩe ⁊ ꝑcipue penitẽti. Primo qꝛ nocet naturalibꝫ. qꝛ dt Boetiꝰ ij. de conſolatõe phĩe. paucis eñ ac minimis natura cõtenta eſt. Et iõ cõiter dꝛ ꝙ gula plures hoĩes interficit q̃ꝫ gladius ꝓpter hec. qꝛ ſequi videmus ex gula et voluptatibꝫ graues ⁊ mirabiles infirmitates Scd̃o nocet voluptas quantum ad deũ. qꝛ cum ſit pctm̃ mortale eſt cõtra ꝑceptũ. Tercio nocet q̃tũ ad aĩam. qꝛ grauia pctã inde ſequi ſolent. ut accidia. luxuria ⁊ huiuſmõi. Quarto nocet ꝓximo. qꝛ pauperẽ priuat nutrimẽtis. poſſint eñ illa ſuperflua dari pauperibꝫ ad eorum nutrimentum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Ad ſcdm rñdet q duplex eſt ludus. ſcʒ diuinus vt ludus organoꝝ ꝛ can
tus eccľe quibꝫ diuinū officiū pagit. Alius ē ludus nō diuinꝰ ſed magis ſe
cularis. ꝛ ille eſt dupľx. ꝛ quidā eſt lucrās pecuniaꝝ vel reꝝ. vt ludus taxil
loꝝ aleaꝝ ꝛ globoꝝ. ꝛ iſte ludus lucrās eſt dupľx. qꝛ qdam cōmittit fortu/
ne. vt ludus taxilloꝝ. ꝛ qdam ē qui regitur p intellectum humanū vt ē lu/
dus ſcacoꝝ. Alius eſt ludus nō lucrās ꝛ iſte etiā eſt dupľx. qꝛ qdam fit ꝓ/
pter deductionē tpis vt in inſtrumētis muſicalibꝫ. qdam fit ꝓpter vanam
gloriā. vt ludus theatralis ludus lanceaꝝ. ꝛ iſti ludi theatrales ſunt ꝓhi/
biti. Similiter lucratiui pecuniaꝝ vľ reꝝ ac etiā illi ludi qui cōmittuntur
fortune. Admittūtur tamē ſm leges aliqui ludi lucratiui. ſi fiāt p come/
ſtibilibꝫ dummō fiant ad modicā ſummā. ꝛ nō ducatur cōſuetudinē. Vñ
ludi theatrales ſunt ꝓhibiti. vt ſunt lucratōes publice. torneamēta. haſti/
ludia vel huiōi. Primo qꝛ fiūt male ꝛ indebite ſcʒ cū pctis. Scdo qꝛ fiunt
malo fine ſcʒ ꝓpter vanā gloriam ꝛ laudē mūdi. Tertio qꝛ multa mala in
de ſequūtur ſcʒ homicidia. ira. inuidie. ſupbie ꝛ huiōi. Ex quo ſeqtur q lu
di ſunt ſpernendi a penitente etiā q ludi impediūt aīam. qꝛ auertūt ho/
mines a cōtritōe cordis que eſt maxime neceſſaria penitēti. ꝛ ergo ludi mo
derati q non variarēt mentē penitētis. ſed fierēt ſolū ad refocillatōem vľ re
creationē ſpirituū vitaliū pñt fieri

¶ Ad terciū rñdet q tria ſunt ſeruāda in ludo. Primū eſt q nō fiat cum
verbis turpibꝫ vľ nociuis qꝛ ſi fieret circa vba vel facta mortalia tūc eſſet
pctm mortale. Secundū eſt q in huiōi ludis non fiat intima delectatio q
ludentem a deo auertere poſſet. ſed a ꝓpoſito penitendi. Terciū q ludus
cōgruat pſone loco ꝛ tpe. quia ſi alias eſſet veniale peccatum propter cir/
cumſtantias aggrauatas fieret mortale

¶ Ad quartuʒ rñdet q ideo ſpectacula mūdi ſunt ſpnenda. qꝛ in ſe mala
ſunt vt dcm eſt in ſcdo dubio. etiā qꝛ inducunt circūſtātes ad lapſum. ſcʒ
ad laſciuiā vel crudelitatē. cui circūſtantes videtur cōſentire

¶ Ad qntū rñdetur q qlibet ꝛ ſpūaliter penitēs debet dimittere malū ſo
ciū. ꝛ hoc ideo qꝛ malus ſocius p multas ſuggeſtiones inducit aliū ad pec
candū frequēter qđ nō faceret ſi careret illo malo ſocio. Et p oppoſitū qli
bet debet habere bonū ſociū cui ſua ſecreta reuelet q retrahat eum a vici/
is. vt vult Boetius in libro de diſciplina ſcholariū. Etiā docet hoc pſal.
Cū ſancto ſanctus eris. cum puerſo peruerteris

¶ Ad ſextū rñdet q tumultus ꝛ ſtrepitus ꝓpľi nocent penitēti. qꝛ remouēt
ipm a penitētia. qꝛ vt vult phs in de ſenſu ꝛ ſenſato. motus maiores expel
lunt minores. ergo motus vel ſtrepitus populi exteriores excludūt motus
interiores ſcʒ penitentie ꝛ deuotionis

.i. cuncta delicta deffleāt. pnrus dolore de peccatis
**Omnia peccata plangat contritio vera**
.i. inqrēs lōgitudies pctōꝝ qbꝫ in qbꝫ tpibꝫ. cū qbus mēbris
**Scrutās etates ſenſus loca tēpora membra**
deflens. i. pctā pus fcā nō habens ꝓpoſitū facere. i. q deberēt facere
**Deplorans acta nolens committere flenda**

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

defleas  pctā oblita  cō pctis factis.pctis neglectis
**Plāgas amiſſa cū cōmiſſis ꝛ omiſſis**
ſcꝫ plangas  id ē ꝑimū tuū defraudaſti
**Offenſaq̄ꝫ dei ꝙ fratrem damnificaſti**

¶ In iſta pte ſpēak'r determīat de cōtritōe. Et diuidit. Nā pͥmo oñdit in gnāli qd debemus deplāgere de cōtritōe. Scdo q̄s circūſtātias debemus aduertere circa pctm̄ in cōtritōe. ibi. Scrutās etates. Tercio oñdit in ſpeciali de q̄bꝫ ſit habēda cōtritio. ibi Deplorās acta. Sed legunt ptes ſimul Et dr̄ pͥmo ꝙ ſic. ꝙ hñs verā cōtritōem de pctis ſiue in quo ē vͣa cōtritio debet deplāgere oīa pctā ſimul. ꝛ inq̄rere etates. hoc eſt q̄ꝫ diu hō ſtetit in pctis. ꝛ ſenſus cū q̄bꝫ peccauit. ꝛ loca in q̄bꝫ peccauit. ꝛ tpa in q̄bꝫ tpibꝫ. et mēbra q̄bꝫ pctā ꝑpetrata ſunt. ꝛ dꝫ velle cū ampli' nō cōmittere ea. ꝛ debꝫ deplāgere ea pctā q̄ ſunt lapſa de memoria. ꝛ pctā cōmiſſionis ꝛ omiſſionis. ꝛ ꝙ ſepe deū offendit ꝑ pctā. ꝛ ꝙ damna ꝓximo intulit

# Circa textum dubitat̃

¶ Primo q̄s poſſet facere contritōem  Scdo quare magis delet̃ peccatū ꝑ contritōem q̄ꝫ ꝑ aliū actū aīe  Tercio vtꝝ ꝓ quolibet debeat eſſe cōtritio  Quarto q̄re cōtritio debet deplāgere oīa ſimul  Quinto q̄re illa q̄ ponunt̃ in lr̄a hic ſcꝫ etates ſenſus ꝛc. ſunt ꝑſcrutāda  Sexto que pctā dicūtur amiſſa q̄ omiſſa ꝛ que commiſſa

¶ Ad pͥmum reſpōdetur ꝙ in contritōe ſunt tria tenēda ſm̄ ſcm̄ Thomā ſcꝫ actus doloris. forma grē eliciētis in actū. ꝛ effectus meriti ſufficientis propter defectū pͥmi cōtritio nō ē in bonis. qꝛ in eis nō eſt actus doloris. ꝓpter defectū ſcdi cōtritio nō eſt in dānatis. qꝛ in eis nō eſt forma grē. ꝓpter defectū tercij cōtritio nō eſt in purgatorio. qꝛ aīe in purgatorio non ſunt in ſtatu merēdi. ex quo ſequitur reſpōſio ad dubium. ſcꝫ ꝙ cōtritio fit ſolum in hominibus p̄ſentis vite

¶ Ad ſcdm̄ reſpōdet̃ ꝙ hec eſt ratio. qꝛ in omni peccato eſt delectatio vel complacentia trahens hoīem a deo. ꝛ qꝛ cōtraria cōtrarijs curātur. ergo actus delens peccatū debet facere penitentiā vel diſplicentiā pctōꝝ trahētem ad deum. ꝛ ſic eſt in contritione. ergo magis per contritionem q̄ꝫ per alium actum anime deletur peccatum

¶ Ad terciū reſpondet̃ ꝙ triplex eſt peccatū. ſcꝫ originale. veniale ꝛ mortale. Pro pctō originali non oportet fieri contritōem. qꝛ per contritōem nō deletur ſed ꝑ baptiſmū. Nec pro pctō veniali debet fieri niſi vna generalis contritio ſi nō ſit nimis ductū in conſuetudinē. vel non habeat circūſtantias aggrauātes. Sed pro peccato mortali debet fieri ꝑfecta penitentia ꝛ ſpecialis confeſſio quo ad omnes ptes penitentie

¶ Ad quartū rñdet̃ ꝙ hoc ē verꝝ qꝛ oīpotēs deus nō dimittit vnū peccatū mortale abſq̄ꝫ alio. ꝛ de iſto videbit̃ poſtea. Vñ metriſta dr̄. Larga dei pietas veniā nō dimidiabit Aut nihil aut totū te lachrymāte dabit

¶ Ad q̄ntum reſpōdet̃ ꝙ iſta ſcꝫ etates ſenſus ꝛc. ſunt ꝑſcrutanda. qꝛ aggrauant peccata. vt dicetur ibi. Aggrauat ordo locus.

¶ Ad ſextū rñdet̄ ꝙ duplex diſtinguit̄ pctm̄. ſcȝ cōmiſſionis quo peccator malū cōmiſit. ⁊ omiſſionis quo hō dimiſit bonū ad qđ tenebat̄. ⁊ vtrunqȝ pōt diſtingui ꝙ qđdam eſt amiſſum id ē deletū a memoria de quo debet fieri cōtritio ⁊ cōfeſſio in generali. aliud ē memoria de quo debet fieri cōtritio ⁊ cōfeſſio in ſpeciali. Nota ſequentia

ꝙ cōfitēs nō mentiat̄ ꝙ nō diuidat̄ tua mundo corde

**Vera ſit integra ſit ⁊ confeſſio munda**

velox cum ſpe aſſidue cū humilitate volūtaria manifeſta

**Sit cita. firma. frequēs. hūilis. ſpōtanea nuda**

de ꝓprijs pctis plena cū cōtritōe. i. tarda in ꝓlatōe ſine fraude

**Propria. diſcreta. lachrymoſa. moroſa. fidelis**

¶ In iſta pte auctor ſpēaliter determīat de cōfeſſione. Et diuidit̄ in ſex ptes. In pma oñdit qualis debet eē cōfeſſio. In ſcđa qb̄ medijs debet fieri cōfeſſio. In tercia cui debet fieri. In qrta determīat de qb̄ pctis debȝ fieri cōfeſſio. In qnta q̄ ſunt circūſtātie aggrauātes pctā In ſexta oñdit quō imponēda ſit penitētia ꝯfitēti ptes patebūt. Dicit pmo ſic. ꝙ ꝯfeſſio debȝ eſſe vera ⁊ integra. pura. mūda. velox ſubitanea ꝓpter periculū mortis. firma. frequēs. humilis ſpōtanea id ē volūtaria. nuda. i. manifeſta. ꝓpria id ē de ꝓprijs pctis. cū diſcretione lachrymoſa id ē doloroſa. moroſa id ē tarda in prolatione. ⁊ fidelis id eſt verax

# Circa textū dubitatur

¶ Primo qñ debet fieri ꝯfeſſio Scđo qđ ꝓdeſt ꝯfeſſio gñalis Tercio in qbus caſib̄ iterāda ſit ꝯfeſſio Quarto vtꝝ poteſt dimidiari. Quinto vtꝝ ne vnus ꝯfeſſor poteſt audire ꝯfeſſionē. ⁊ alter abſoluere. Sexto q̄ ſit ratio illorum que ponūtur in textu

¶ Ad pmū dubiū rñdetur ꝙ ſcḋm iura ex ſtatuto matris eccl'e. qlibȝ qui pueuit ad annos diſcretōis debet ad min' ſel' in anno ſcȝ in paſcha ꝯfiteri oīa pctā ſua ꝓprio ſacerdoti ⁊ cōicare. niſi forte ad tp̄s abſtineat de ꝯſilio ſui ſacerdotis. Sūt tñ ſex caſus in qb̄ ſcḋm doctores tenet̄ ſtatim qs ꝯfiteri pctm̄ mortale Primus eſt qñ aliqs timet poſtea nō habere oportunitatem ꝯfitēdi. Scđs eſt qñ qs eſt ꝯſtitutus in articulo mortis. Tercius qñ quis ſe exponit actui periculoſo ad mortē. vt in bello vl' in nauigatōibus. Quartus eſt qñ quis debet ꝯmunicari. Quintus eſt quando quis debet miniſtrare ſacramentū aliquod. Sextus eſt qñ quis debet facere actuȝ ſolemnem in eccleſia. legere euangeliū vl' epiſtolā ſolēniter. quia immundus nō debet eſſe preco id eſt nūcius verbi dei

¶ Ad ſcđm rñdet̄ ꝙ ꝯfeſſio gñalis valet ad tria. Primo ad remiſſionem pctōꝝ venalium. vñ licet ſcḋm mgrm̄ ſniaꝝ. libro. iiij. Pctā venialia ꝯfiteri quis debeat. ⁊ ſpēaliter illa q̄ ſunt frequēter iterata. tñ nō eſt neceſſariū in ſpēali de omnibus ꝯfiteri cum ſint infinita. ſed pro eis debet fieri ꝯfeſſio generalis. Secundo valet ꝯfeſſio generalis ad remiſſionem pctōꝝ a memoria lapſoꝝ. Quis etiā ſunt mortalia ſi nō habentur in memoria. Si tñ

poſt ea redirent ad memoriam deberent dici in ſpeciali. Tercio valet ad
inſtructionem rudium vt ſciant diſcernere inter diuerſa pctā. quia alias ru
des facta non reputarent pctā

¶ Ad terciū reſpōdet ꝙ ꝯfeſſio pctī prius in ſex caſibus eſt iterāda. Pri/
mus eſt quando ꝯfeſſor cui pctōr ꝯfeſſus eſt fatuus eſt vel imperitus. Se
cundus caſus eſt qn̄ penitens cōtempſerit ſatiſfactionē ſibi iniunctā vl' ſi
oblitus eſt eam ſi tamen eam ſciret ⁊ adhuc implere vellet. non oporteret
de nouo ꝯfiteri. Terciꝰ caſus eſt ſi ꝯfeſſor nō hēret abſoluēdi auctoritatē ⁊
mittat eū ad ſupiorem. tūc ſi ſupior exigat oportet eum de nouo confite/
ri. Quartus caſus eſt quando quis ficte venit ad ꝯfeſſionem ſine ꝓpoſito
abſtinēdi. ſed cum propoſito pctm̄ iterum ꝯmittendi. Quintus eſt quan/
do aliquis dimidiat ꝯfeſſionem omittens ſcienter aliquod pctm̄ mortale.
Sextus eſt quando quis dubitat de ꝯfeſſione an fecit ꝯfeſſionem alicu/
ius pctī mortalis vel non

¶ Ad quartū reſpondetur ꝙ non. vn̄ habemus ſimile in medicina corpo
rali. nam ſicut ad ſanitatē corpis medicus non ſolum cognoſcit vnū mor
bum ſed oēs. ⁊ totam diſpoſitionē ⁊ ꝯplexionē infirmi. quia alias poſſet
pro vna parte corporis dare talē medicinam. ꝙ pro alia parte corrūperet
ſicut pro vna ſanaretur. ⁊ h̄ venit ꝓpter diuerſitatē morbi. Sic pariformi
ter eſt de medico ſpirituali id ē de ꝯfeſſore qui debet omnia pctā ſimul ſci/
re. quia alias poſſet dare remedium ꝯtra vnum pctm̄ quod non valerꝫ ad
aliud ſꝫ magis fortificaret. Etiam ſicut ex vno morbo ita bn̄ moritur ho
mo ſicut ex multis Sic etiam ita bene ꝯdemnatur anima pro vno pctō
mortali ſicut pro multis

¶ Ad qntū rn̄det ſm Guilhelmū. ꝙ vnꝰ ꝯfeſſor nō dꝫ audire ꝯfeſſionē ⁊ al
ter abſoluere qꝛ ſacramētū non ē diuidēdum. Vn̄ nō pt bn̄ medicus dare
remediū de vulnere vl' morbo ſibi ignoto licꝫ alteri ſit notum.

¶ Ad ſextum rn̄detur ꝙ ꝯfeſſio debet eſſe vera. ita ꝙ homo non mentia/
tur ⁊ ſibi non aſſcribat pctm̄ quod non fecit. nec etiam minus dicat ꝙ̄ fe/
cit. Secundo debꝫ eſſe integra. vt patuit in dubio p̄cedēti. Tercio debet
eſſe munda ꝙ fiat puro ⁊ mundo corde. quia ꝯtraria ꝯtrariis curantur.
Quarto debet eſſe velox. id eſt ſtatim cum homo peccauit. quia quanto
diutius vulnus manet ſine remedio. tanto magis fit putridum. Quin/
to debet eſſe firma. id eſt cum firma ſpe de remiſſione peccatorum. Vl' fir/
ma id eſt fortis. ſic ꝙ homo non redeat ſtatim ad peccatum Sexto de/
bet eſſe frequens. quia quotiens quis cadit. totiens debet reſurgere pec/
cator. Septimo debet eē ſpontanea quia peccatum fuit voluntarium
Octauo debꝫ eſſe nuda. quia quanto magis nude vulnus oſtēditur medi
co. tanto melius remedium poteſt apponere Nono debet eſſe de pro/
priis pctīs. id eſt non de peccatis aliorum Decimo debet eſſe diſcreta.
ſic ꝙ homo diſcrete dicat circumſtantias peccatorum. Undecimo de/
bet eē lachrymoſa. id eſt cum contritione. vt prius patuit Duodeci/
mo debet eē moroſa. id eſt tarda. ſic ꝙ ꝯfeſſor non defraudetur per celerita
tem verborum Decimotercio debet eſſe fidelis. id eſt cum fide chriſti/
ana. vt dicetur ibi. In primis querat. Et iſtud idem patet in his verſibus.
Sit ſimplex humilis ꝯfeſſio pura fidelis. Vera frequens nuda diſcre/

ra libens verecunda. Integra ſecreta. lachrymabilis accelerata. Fortis et accuſans ⁊ ſit parere parata

id eſt pniam agas ꝑfcẽ veraciter peccatorẽ
**Peniteas plene ſi vere peniteat te**
.i. nõ cõfitere .i. nunciũ ꝓ nõ ⁊ et .i. lrãs cõfitere in ꝓpria ꝑſona
**Non per legatum nec per breue. ſed refer ipſe**
ſacerdoti cõdolẽti magis intelligenti enarra .i. melius viuẽti
**Compatienti plus ſapienti dic meliori**
diuerſis ſacerdotibꝫ vtile eſt ſcꝫ tibi peccata tua
**Preſbyteris multis prodeſt ſi cõfitearis**
pñtia ſacerdotis abſit manifeſta ſocio tuo
**Copia preſbyteri ſi deſit pande ſodali**
tui ꝓ ſicut .i. vulnera tue taliter peccata manifeſtes
**Corpis vt maculas anime ſic crimina pandas**

¶ In iſta pte oſtẽdit qbus medijs debeat fieri cõfeſſio. dicens ꝙ tu pctõr debes plenarie penitere de oĩbꝫ pctĩs. ⁊ nõ debes reuelare pctã ꝑ aliquem nunciũ vel ꝑ lrãs. ſcꝫ ꝓprio ore debes cõfiteri. tũc ibi Copatienti Dicit ꝙ cõfeſſio debet fieri ſacerdoti cõpatiẽti ⁊ intelligenti ac bene viuẽti. ⁊ dicit vltra ꝙ expedit ꝓ ſalute aĩe multis pſbyteris ꝯfiteri. ⁊ ſi deficiat ſacerdos nec poſſit acquiri aliquis. tunc cõfeſſio poteſt fieri ſocio. Etiã tu debes manifeſtare crimina cordis. ſicut vulnera cordis

# Circa textum dubitat̃

¶ Primo vtꝝ cõfeſſio valeat ꝑ nunciũ vl' ꝑ lrãm Scđo q̃re hõ debet cõfiteri ſacerdoti Tercio q̃re debet fieri ſacerdoti cõpatiẽti Quarto vtrũ qs pt cõfiteri alteri ſacerdoti q̃ꝫ ſuo ꝓprio curato Quinto vtꝝ aliqs poteſt cõfiteri laico Sexto quõ intelligẽda ſit lrã corpis vt maculas

¶ Ad pͥmũ dubiũ rñdet̃ ſm Thomã ꝑ hec ꝟba. ꝙ cõfeſſio facta ꝑ nũciuꝫ vel per lrãm licet ſit quoddam bonũ opus ⁊ meritoriũ tñ incõptũ eſt ſacramentũ nõ debet ſic fieri. qꝛ determinatã habet materiã ſcꝫ actũ ſermonis quo conſcientia hominis manifeſtari conſueuit

¶ Ad ſcđm reſpondetur ꝙ ideo confeſſio debet fieri ſacerdoti. quia ſacerdotes poſſunt peccatorem abſoluere a peccatis. ex quo eis commiſſe ſunt claues eccleſie

¶ Ad terciũ reſpõdet̃ ꝙ pctõr debet cõfiteri cõpatiẽti. qꝛ cõpaſſio ſacerdotis inducit pctõrẽ ad deuotõem. ⁊ facit ne pctõr terreat̃. vt ſic ꝓpter terrorẽ omittat ſciẽter aliqđ pctm̃ mortale. Et debet cõfiteri ſapiẽti intelligẽti pctã ⁊ grauitates pctõꝝ. qꝛ medicus neſcius nõ pt bñ dare remedium egroto. Etiã debet cõfiteri ſacerdoti bono ⁊ bñ viuẽti. qꝛ mali ⁊ iniuſti cõfeſſores ſunt ceci ⁊ ductores cecorũ. ⁊ ſic ex vtraqꝫ pte in foueã eterne damnatõis cadũt vt ſolet etiã dici in his metris. Si cecus cecum conatur ducere cecũ. In foueam ductor pͥmus cadit inde ſecutor.

¶ Ad quartū reſpōdetur ſm Hoſtienſem ꝙ decem ſunt caſus quib⁹ aliqs poteſt confiteri alteri ꝙ̄ ſuo ꝓprio pſbytero. Primus eſt quando ꝓprius curatus eſt imperitus ſic ꝙ nō pt ſane cōſulere ſuo parrochiano petēda ē tamen licentia quā ſi nō obtinuerit nō obſtat. Scōs caſus eſt. quādo qs trāſtulit domū vel habitatōem ad aliā parrochiam. vel ſi habꝫ domū in alia parrochia. Tercius quādo quis eſt vagabundus vel ꝑegrinus negociationis vel deuotionis cauſa. dicit tamē Guilhelmus ꝙ talis debet habere licentiam a ſuis ſuꝑiorib⁹ ad ſic eundum. Quartus eſt ratione delicti. vt ſi delictum fuerit ꝑpetratū in alia parrochia Quintus eſt rōne ſtudij. vt cū ſcholaris trāſtulit ſe ad aliū locū nō tamē debet ibi accipe ordies niſi de licentia ſui epiſcopi. Sext⁹ eſt ratione neceſſitatis vt in articulo mortis Septim⁹ eſt quando quis habet ſpeꝫ ꝙ ſuus curatus hoc pro grato habebit. nō tamen eſt abſolutus niſi curatus ſuus dederit ei conſenſum vł licentiam. Octauus ſi curatus ſit hereticus vel ſciſmaticus vel maiori excōmunicatione excōmunicatus. Nonus quando quis eſt infra annos diſcretionis. Decimus eſt propter ſpeciale priuilegium a papa. archiepiſcopo. vel epiſcopo conceſſum.

¶ Ad quintū reſpōdetꝛ ꝙ quis poteſt cōfiteri laico tpe necītatis. dicūt tñ aliqui ꝙ ſufficiat ſoli deo cōfiteri tempore neceſſitatis cum ꝓpoſito ⁊ voluntate confitēdi ſicut ſacerdoti ſi poſſit habere

¶ Ad ſextū rñdetꝛ ꝙ iſta lrā pt duplr intelligi. Uno mō tu debes manifeſtare crimina cordis ſicut vulnera corꝑis. id eſt ſicut vulnera corꝑis oſtenduntur medico. ita pctā que pncipaliter ſunt in corde oſtēdentur pſbytero hec ſententia magis concordat lrē. Alio modo ſic. tu debes maifeſtare peccata cordis ⁊ pctā corꝑis. qꝛ inter pctā qdam ſunt in corꝑe ⁊ qdam in aīa et iſta ſnīa cōcordat cū ſententia ſequenti

pctā carnalia   falſa iuramēta   .i. gula īiuſta acqſitio .luxuria
**Carnea ſunt periuria crapula furta libido**
in corde occultata eſt inuidia   ſuꝑbia. iracūdia. auaricia
**Mente latet liuor odium tumor ira cupido**

¶ In iſta parte oſtendit de quib us peccatis fieri debet cōfeſſio. Et pmo in generali oſtendit q ſunt pctā corporis ⁊ que anime. Scōo oſtēdit ꝓpoſitū de quib⁹ debet ſpēaliter fieri confeſſio. ibi. Precipue peſtes. Dicit primo ſit. ꝙ periurium gula. furtum. luxuria ſunt peccata carnis. ſed odium liuor. ſuperbia. ira. cupido ſunt peccata mentis quia nō fiunt carne vł corpore ad extra ſed remanent in anima

# Circa textū dubitatur

¶ Primo que peccata dicuntur carnalia ⁊ que mentalia   Secundo quid ſit peccatum.   Tercio an omne iuramentum ſit malum   Quarto vtrum iuramentum ad faciendum malum ſit obſeruandum   Quinto vtrum aliquis iurans per cautelam ⁊ alium decipiens ſit periurus   Sexto vtrum littera in ſe ſit vera

¶ Ad prim um dubium reſpondetur ꝙ licet omne peccatum ſit radicali-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ter ⁊ principaliter in aīa tamē quedā dicūtur carnalia. ideo qꝛ fiūt carna/
liter ad extra vel ꝑ opatōes extrinſecus. alia ꝟo dicūtur mētalia q̄ nō fiūt
mediāte corꝑe vl' carne extrinſecus. ſed ad intra remanēt in aīa

¶ Ad ſcd̄m reſpōdet̄ ſm mgr̄m ſentētiaꝝ ꝙ periuriū ſic deſcribit̄. Periu/
rium eſt mendacium iuramento firmatū. Vn̄ ſm Hieronymū in iureiu
rando debent eſſe tria. ſcʒ veritas iudiciū ⁊ iuſticia. ⁊ ſi iſta defecerint non
erit iuſiurandū ſed ꝑiurium. ⁊ differunt mendacium ⁊ ꝑiuriū ſicut ſupiꝰ ⁊
inferius. quia mendacium eſt ſupius ad ꝑiurium. Nā mendacium ſic de/
ſcribitur ꝑ Auguſtinum. Mendacium eſt falſa vocis ſignificatio cum in
tentione fallendi

¶ Ad terciū rn̄det̄ ſm mgr̄m ſniaꝝ. ꝙ iuramētum qn̄qꝫ eſt bonū ⁊ qn̄qꝫ
malū eſt. Vn̄ ſponte ⁊ ſine neceſſitate iurare vel falſum iurare eſt grande
pct̄m ſed ex neceſſitate ad aſſentiendū innocētibus vl' ad federa pacis ꝯfir
manda nō eſt malū. Vn̄ Auguſtinus. Iuramentū eſt faciendū cū pigri
ſunt homines ad credendū illud quod eis ſit vtile

¶ Ad quartū reſpōdet̄ ꝙ iuramentū tranſiēs in peiorē exitū potius ē mu
tandū q̄ꝫ implendum. qꝛ dicit Iſidorus. In malis ꝓmiſſis reſcinde fidem
in turpi vero muta decretum. quod incaute vouiſti nō facias Impietatis
eſt promiſſio que ſcelere impletur

¶ Ad qntū rn̄det̄ ſm mgr̄m ſniaꝝ dicentē. Quacunqꝫ arte ꝟboꝝ q̄s iu/
rat. deus tn̄ qui ꝯſciētie ꝟborum eſt teſtis hoc ita accipiat ſicut ille intelli/
git cui ille iurat. ⁊ ſubdit dupl'r aliquis reus fit q̄ deceptorie iurat qꝛ nomē
dei in vanū aſſumit. ⁊ ꝓximū in dolo capit

¶ Ad ſextum reſpondetur ꝙ licet libido proprie ꝯſiſtit in affectu. tamē in
propoſito capitur pro actu extrinſeco luxurie. ⁊ licet liuor ⁊ odiū ſint ſy/
nonima. poteſt tamen hic liuor accipi vt eſt inuidia tranſiens. ⁊ per cupidi
neʒ intelligitur auaricia mentalis. ſed per furtum intelligitur auaricia ex
trinſeca ſcilicet mala acquiſitio

ſpēaliter. i. ſeptē ꝓncipales morbos. i. ꝯfitearis ꝓncipales
**Precipue peſtes ſeptem memores capitales**
tm̄ multos ꝯfitere a pctīs ꝓncipalibꝫ manātes
**Non ſolum fontes ſed riuulos inde fluentes**
pctō ꝓncipali. pct̄m fluēs. ex ꝓncipalioribꝫ. plꝰ. interdū ſcʒ nocens
**Fonte ſuo riuus magis eſt qn̄qꝫ nociuus**
ꝑ qꝛ luxuria quā fecit loth cū ſuis filiabꝫ. i. maior. ſ. ſua q̄ꝫ habuit ex vino
**Vnde loth inceſtus peior fuit ebrietate**
pro et ſcʒ fuit peior interfectio abel fr̄is ſui iracundia
**Atqꝫ capn grauior cedes fraterna furore**

¶ In iſta ꝑte oſtendit auctor de q̄bꝫ pctīs ſpēaliter debet fieri ꝯfeſſio. Et
diuidit̄ in tres ꝑtes. In ꝓma facit qd̄ dcm̄ eſt. In ſcd̄a enumerat pctā mor
talia. ibi. Culpaꝝ fontes. In tercia oſtēdit quō debet fieri ꝯfeſſio de pctīs
venialibꝫ. ibi. Cūqꝫ ſigillatim. Dicit ꝓmo ſic. ꝙ ꝯfeſſio ſpēaliter debet fie
ri de pctīs mortalibus ſiue ſeptem capitalibus. ⁊ non ſolum de illis ſed de

omnibus inde prouenientibus. quia riuulus quandoq̧ eſt magis nociu⁹
ſuo fonte. Et hoc declarat exemplariter. Unde inceſtus loth peior fuit q̄
ſua ebrietas Et interfectio ipſius Abel quam commiſit Cayn peior fuit
furore ipſius Cayn.

# Circa textum dubitatꝰ

¶ Primo q̄re pctā mortalia dn̄r peſtes capitales  Scd̄o vtꝝ vnū pctm̄
naſcat̄ vel dn̄dat ab alio  Tercio quō pctm̄ vnū dn̄dit ab alio  Quar
to an interficiens aliquē in ebrietate excuſat̄ p ebrietatē  Quinto vbi ha
betur pmū exemplū quo probat  Sexto vbi habet̄ ſcōm

¶ Ad pmū dubiū rn̄det̄ q̄ ſeptē pctā mortalia ideo dn̄r peſtes. qꝛ interfici
unt aīam. ſed dn̄r peſtes capitales qꝛ ex ipis oīa mala oriuntur. nullū eīn
pctm̄ eſt quod ab aliquo iſtorum originē non trahit. Nam ſm̄ Gregoriū
Radix cuiuſlibet pcti eſt ſuperbia

¶ Ad ſcō3 rn̄det̄ q̄ ex ſupbia naſcunt̄ oīa alia pctā. vt ſtatim patuit qꝛ ra
dix eſt oīm pctoꝝ. etiā ſupbꝰ vult oēs āncellere. ꝛ dolet ſi q̄s ei equatur

¶ Ad tercium reſpōdetur. qꝛ ſupbus vult omnes p̄cellere. vt patuit. ſic ex
ea naſcit̄ inuidia. Inuidus vero de facili iraſcitur illi cui inuidet. Ideo ex
inuidia naſcit̄ ira. ſed iratus cum non poteſt vindicare triſtatur. ideo ex ea
naſcitur accidia. Accidia vero ꝯſolationem querens facit auarum. Aua/
ricia qꝛ in temporalibꝰ abundat poteſt exercere gulam Gula vero ꝓpter vē
tris impletionē de facili mouet ad luxuriam

¶ Ad quartum reſpondetur q̄ interficiens alium in ebrietate non excuſa
tur. immo tanto magis vituperari debet. Et ſi dicatur non fecit hoc ſcien
ter vel voluntarie. ſed ignoranter. ergo merito ignorantia excuſabit pctm̄
Dōm q̄ omne peccatum conſequens aliquod peccatum voluntarium de/
bet dici voluntarium. ſed talis ebrietas fuit voluntaria ergo ꝛ interfectio
Unde talis dupliciter debet puniri ſc3 pro ebrietate ꝛ pro interfectione.
id eſt homicidio.

¶ Ad quintum reſpondetur q̄ primum exemplum littere habetur. Gene
ſis. xix. vbi dicitur q̄ Loth poſt ſubmerſionem Sodome ꝛ Gomorre ha/
bitauit in ſpelunca montis cum duabus filiabus ſuis. ꝛ dixit maior filia
ad minorem. Pater noſter ſenex eſt ꝛ nulla vxorum remanſit in terra. ve/
ni inebriemus eum vino. ꝛ dormiamus cum eo vt ſic ſeruari poſſimus.
cum patre noſtro. ꝛ fecerunt ſic. Ingreſſaq̧ eſt maior filia. ꝛ dormiuit cu3
patre. ſimiliter ꝛ minor altera nocte ꝯceperunt ambe ꝛ genuerunt. maior
eīm genuit Moab. ꝛ minor Amon.

¶ Ad ſextum reſpondetur q̄ habetur Geneſis quarto. vbi ſic dr̄. Factu3
eſt autem per multos dies vt offerret Cayn de fructibus terre munera do
mino. Abel autem obtulit de primogenitis gregis ſui ꝛ de adipibus. ꝛ re
ſpexit dominus ad Abel ꝛ ad munera eius. ad Cayn vero ꝛ ad munera e/
ius non reſpexit Iratuſq̧ eſt Cayn vehementer. ꝛ ꝯcidit vultus eius. ꝛ ſe
quitur quibuſdam diebus interpoſitis dixit Cayn ad Abel fratrem ſuū.
Egrediamur foras. cūq̧ ſimul in agrum venirent cōſurrexit Cayn aduer
ſus Abel fratrem ſuum. ꝛ interfecit eum.

crīminū pctā pncipalia ſupbia inuidia
**Culparū fontes ſunt faſtus liuor ꝛ ira**
deſidia luxuria ꝗtū ad mentē cupido crapula luxuria ꝗtū ad opus
**Accidiaqꝫ venus et auaricia gula luxus**

¶ In iſta parte auctor oſtendit que ſunt peccata mortalia dicēs ꝙ fontes peccatorum ſunt ſuperbia id eſt faſtus. liuor id eſt inuidia. ira. accidia auaricia. gula ꝛ luxuria.

# Circa textū dubitatur

¶ Primo quid ſit ſuperbia ꝛ que ſunt ſpecies eius Scḋo conformiter dubitatur de inuidia ꝛ cum hoc de ira eodem modo Tercio de accidia Quarto de gula Quinto de auaricia Sexto de luxuria

¶ Ad pmū dubiū rn̄detur ꝙ ſcḋm Auguſtinū ſupèrbia ſic deſcribitˀ Supbia eſt pverſe celſitudinis appetitus. Uel ſcḋm Thomā. Supbia eſt cū qs ſe extollit ſupra id quod eſt ſibi pfixum a deo ſine regula diuina. ꝛ species ſuperbie patent breuiter in hoc metro

iactātia. vana glīa. impatiencia. paupez deriſio
**Iac van impa deri**
ſimulatio. arrogātia. hypocriſis. ꝯtemptus. diſplicentia
**ſimul ar hypo con diſpli**

¶ Inuidia ē odiū aliene felicitatis. vˀl ſic ſcḋm Joannē damaſcenū. Inuidia ē triſticia de bonis pximi. ꝛ ſpēs inuidie etiā patēt

detractō rex. vˀl bonoꝝ gaudiū de malo alteriˀ inocatō aggregatō. diuiatio.
**Trac gau in ag di**
machinatio oppſſio. captio in ꝟbis. ſurreptio bonoꝝ. ſuſpicio mali
**mach op cap ſurrep quoqꝫ ſuſpi**

¶ Ira ſic deſcribitˀ ſcḋm Auguſtinū. Ira ē vlciſcēdi volūtas. vˀl ſcḋm Thomā. Ira ē appetitus vindicte. ꝛ ſpēs eius patent

cōtētio. rixatio. ꝟba mala. maledcō. inobediētia. reddere malū p bono
**Con rix ver ma inob red**
blaſphemia. irritatō. pūaricatio. ꝟberatō pximi homicidiū vindcā odiū
**Blaſ ir pre ver ho vin od**

¶ Ad terciū reſpōdetur ꝙ accidia ſic deſcribitˀ ſcḋm Joannē damaſcenū. Accidia ē triſticia aggrauās aīm hominis vt ei nihil agere libeat. Uˀl ſic Accidia eſt de virtutum laudabili exercitio vtriuſqꝫ hominis languida deiectio. ꝛ ſpēs eius patent in his metris.

ignorantia deſelictio dei deſidia negligētia bene faciendi ſomnis tpe ſeruicij dei ocium
**Ig de de neg ſom oci**

deſpatio. ſtulta locutio. triſticia in aduerſis. cura rez tpaliũ. hortatio
**deſ ſtul triſquoqꝫ cur hor**

¶ Ad quartũ rñdet ꝙ auaricia ſm Tulliũ ẽ immoderatus amor haben di diuitias. Vł ſic ſm Bernardũ. Auaricia ẽ quarũlibet rez inſatiabił ꝛ inhoneſta cupido. Et ſpẽs eius patẽt in his verſibꝫ
vſura furtum rapina ſimonia mendacium infidelitas
**Vſura fur rap ſimo men in**
fraudulẽtia obduratio. doloſitas. debitoꝝ nõ ſoluti. cupiditas. piurium
**Frau ob do de cu per**

¶ Ad qntũ rñdet ꝙ gula ſic deſcribit. Gula ẽ immoderata cibi vł potus auiditas ꝛ cupiditas. Vł ſic Gula ẽ vorax edacitas viribꝫ nõ ꝯtẽta. Vel ſic ſm alios. Gula eſt qñ aliqs in comedẽdo vel bibendo ab ordine rõis re cedit. Et ſpẽs eius patẽt in his verſibꝫ
ſcurrilitas. ebrietas. vomit⁹. ludus taxilloꝝ. deſtructõ ſacri tpis. eſus rez
**Scur e vo lu ſacri eſus**
tempis fractio ieiunioꝝ voti fractio vł nõ obſeruatio
**fractio ieiu quoqꝫ uoti**

¶ Ad ſextũ rñdet ꝙ luxuria ſic deſcribit Luxuria eſt libidioſe voluptatis appetitus. Vel ſic ex immũdis deſiderijs veniẽs lubrica mẽtis ꝛ carnis ꝑ ſecutio. Et eius ſpẽs patent in his verſibꝫ
inceſt⁹ meretricũ. dfloratõ ꝟginũ. rapt⁹ violẽt⁹ adulteriũ. ꝓuocatõ luxurie.
**In me flo rap ad pro**
nocturna pollutio. ꝯcupiſcẽtia. ꝯſenſus. violatio. tpis ſacri fractio
**noc concu con vio tempus**
pro qñ diuiſim. ſ. qólibet pctm̃ pctã ꝯfeſſus fueris ſacerdoti
**Cunqꝫ ſigillatim mortalia dixeris vni**
oĩa pctã .i. pariter .i. que aggrauant ꝯſequentia pctã
**Cũcta ſimul quecũqꝫ grauãt ſequẽtia culpas**
ꝯfitere in voluptate facere illud pctm̃ deſideraſti
**Dic citra factũ cõmittere quod voluiſti**
enarra pctã ꝯfitere illa pctã a memoria receſſerunt
**Dic venialia dic que ſunt a mente relapſa**
enarra pctã .i. vniuerſalr̃ pctã pande
**Dic tua delicta generaliter illa reuela**
pro qꝛ culpabilis criminibꝫ ſua ꝯfitetur
**Nã reus in multis quando pctã fatetur**
oĩa pctã ſimul pandat nullũ pctm̃ cõfeſſus eſſe apparet
**Vel queuis dicat vel nil dixiſſe videtur**



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

id eſt vltimum ⁊ integre aliquis confiteatur

**Poſtremū crimen ſi pure quis fateatur**

poſt hoc ſilere omne pctm̄. ꝯmittit ſequitur

**Inde tacere poteſt quicq̄d redit aut comitatur**

¶ In iſta parte auctor oſtendit quomodo debet fieri ꝯfeſſio de pctīs venialibus ⁊ de alījs pctīs ꝯcomitātibꝫ alia peccata mortalia. dicens quando tu peccator ꝯfeſſus es peccata mortalia tunc etiam debes ꝯfiteri peccata concomitantia ⁊ non ſolum peccata perpetrata per opus extrinſecum. ſed etiam per voluntatem peccandi quam non ſequebatur operatio. dic etiaꝫ pctā venialia ⁊ illa que relapſa ſunt a mente id eſt memoria. dic etiam tua peccata vniuerſaliter nullum pretermittendo. Nam peccator faciens confeſſionem vel dicat omnia peccata ſimul. vel non videtur aliquod dixiſſe. Sed ſi confiteatur peccata ſua vſqꝫ ad extremum ⁊ ſi poſtea iterum faciat aliquod pctm̄ vel aliquod redeat ſibi ad memoriam tunc pōt tacere de primis confeſſis.

# Circa textum dubitaꝰ

¶ Primo quid ſit pctm̄ veniale. Secundo per que remittuntur pctā venialia. Tercio quid noceat pctā venialia. Quarto vtrum pctm̄ veniale fit mortale Quinto vtrum voluntas peccandi ſine operatione ſit pctm̄ Sexto vtrum potentia peccandi ſit a deo

¶ Ad p̄mum dubium r̄ndeꝝ ꝙ pctm̄ veniale ſm̄ Auguſtinū ſic deſcribiꝝ. eſt quod hominē vſqꝫ ad reatū ꝑpetue mortis non grauat. ſed tamen ſemper penam meretur ⁊ eſt ſemꝑ a voluntate hoc mouente vel ꝑmittente vel non cohibente. Unde pctm̄ veniale nocet multiplr̄. Primo quia ad penaꝫ obligat. vt dicetur in tercio libro

¶ Ad ſcd̄m r̄ndeꝝ ꝙ ſeptē modis remittiꝝ pctm̄ veniale. Primo mō ꝑ dignā eucharistie ſumptōem. Scd̄o ꝑ aque bn̄dicte aſꝑſionē. Tercio ꝑ elemoſynaꝝ largitōem. Quarto ꝑ dn̄icā orōem. Quinto ꝑ gn̄alē ꝯfeſſioneꝫ Sexto ꝑ ep̄alem bn̄dictionē. Septimo ꝑ verā ꝯtritōem. Un̄ꝰ. Ungor ꝯfiteor aſꝑgor ꝯteror oro. Docqꝫ bn̄dico q̄ ſunt venialia tollo

¶ Ad tercium reſpondetur ꝙ pctm̄ veniale multis modis nocet. Primo quia obligat ad penam eternam niſi adiungatur mortali pctō. Secundo nocet quia animam maculat. Tercio nocet quia minuit feruorem charitatis ſicut aqua modica proiecta in ignem non extinguit ignem. calorē tamen eius minuit. Quarto quia pctm̄ veniale impedit vt poteſtas anime in bonis laſſetur ⁊ impediatur. ſicut grauiꝰ vadit equus oneratus pōdere q̄ꝫ ſine pondere. Quinto nocet quia tardat hominem a gloria celeſti quia homo ſtatim deberet euolare poſt mortē ad gloriā. ſꝫ cogiꝝ propter venialia expectare per tēpus in purgatorio. Sexto quia diminuit bona glorie celeſtis. Septimo quia venialia pctā ſepe faciunt occaſionem mortalium.

¶ Ad quartū reſpōdeꝝ ꝙ ꝓprie loquendo veniale nunq̄ꝫ fit mortale. tamē caſus qui de ſe eſt venialis poteſt fieri mortalis quattuor modis. Primo ex ꝯſcientia quia quicquid fit ꝯtra ꝯſciētiam fit mortale ⁊ edificat ad ge/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hennam. Secundo ex placentia. vñ Auguſtinus Nullũ pctm̃ in tm̃ eſt veniale qd̃ nõ fiat mortale dum placet. Tercio ex diſpoſitõe. q: hõ frequẽter lapſus in veniale diſponit̃ ad mortale. Quarto ex ꝓgreſſu q: veniale ſi nõ prohibetur quando ꝓgreditur fit mortale

¶ Ad q̇ntũ rñdet̃ ꝙ pctm̃ ꝑncipal'r ꝯſiſtere dr in volũtate. vt patuit ex vna definitõe pcti circa ꝑmũ dubiũ illi⁹ textus. Ut dimittaris ꝛc̃.

¶ Ad ſextũ reſpõdetur ſm mgrm̃ ſniaꝝ. ꝙ poteſtas peccãdi vl' malefaciendi ſit a deo. vñ Apl'us. Nõ eſt poteſtas niſi a deo. Item ieſus dixit ad pylatum. Nõ haberes poteſtatem in me vllam niſi tibi data eſſet deſuper Item diabolus anteꝙ̃ ꝑcuteret iob dicebat dño. Mitte manum tuaȝ id eſt da mihi in eo poteſtatem.

pctã religio diuerſitas locoꝝ ꝯgnitio ĩter bonũ ꝛ malũ diuerſitas tp̃m
**Aggrauat. ordo locus peccata ſcientia tempus**
ſenect⁹ an ſit lib vl' ſu⁹ repetitio pctoꝝ ꝓlõgatõ ml'titudo rõ q̃re peccauit
**Etas conditio numerus mora copia cauſa**
maneries in pctõ. dignitas eccleſiaſtica modica reſiſtẽtia
**Eſt modus in culpa ſtatus altus lucta puſilla**

¶ In iſta parte ponit auctor circumſtantias aggrauantes peccata. dicẽs ꝙ ordo locus. ſcientia. etas. conditio. numerus. mora. copia. cauſa. modus pctõrum. ſtatus altus. id eſt dignitas. puſilla lucta. id eſt modica reſiſtentia aggrauant pctã

# Circa textũ dubitatur

¶ Primo que ſunt circũſtantie aggrauantes Scd̃o qualiter iſte circũſtantie aggrauãt pctã Tercio an etiã ſunt circũſtãtie alleuiantes pctã. Quarto vtꝝ ſit necc̃ariũ ꝯfiteri circũſtãtias aggrauãtes Quinto q̃t modis vnũ pctm̃ ẽ grauı⁹ altero Sexto de intellcũ ꝛ declaratõe lr̃e.

¶ Ad ꝑmum reſpondetur ꝙ iſte ſunt circumſtantie aggrauãtes. ſcȝ ordo locus ꝛc̃. que patebũt in ſolutione ſexti dubĳ

¶ Ad ſecundum reſpondetur ꝙ circumſtantiarum aggrauantium q̄dam aggrauant in eadem ſpẽ. ꝛ quedam trahunt in alienam ſpeciem. Exemplũ vt coire cum ccĩ cognata vel ꝯiugata. eſt circumſtantia trahens in alienam ſpeciem peccati. Item circumſtantiarum aggrauantium in eadem ſpecie quedam aggrauant notabiliter ſicut furari centuȝ marcas auri notabiliter grauius eſt ꝙ̃ furari denarium. ꝛ per ꝯſequens quantitas illa rei ſubtracte notabiliter aggrauat. Sed tamen eſt in eadem ſpecie furti. Alie aggrauant in eadem ſpecie ſed non notabiliter. ſicut ſcientia. diuitie ꝛ huiuſmodi. Item circumſtantiarum quedam ſunt peccata in ſe vt eſt numerus peccatorum. ꝛ quedam non ſunt peccata in ſe tamen aggrauant pctã. vt ſcientia. tempus locus ꝛc̃.

¶ Ad terciũ reſpõdetur ꝙ ſicut ponunt̃ circũſtantie aggrauãtes ſic etiam circumſtantie alleuiantes. Uñ cuilibet circũſtantie aggrauanti correſpõdet vna alleuians que ſe habet priuatiue ad circumſtantiam aggrauãtem

Unde ſcientia aggrauat ſi aſſiſtat. ſi non alleuiat. ⁊ ſic ſimiliter dicendū eſt de alijs circumſtantijs.

¶ Ad quartum reſpōdetur ꝙ neceſſe eſt confiteri omnes circumſtantias trahentes pctā in aliā ſpēm. vnde pro adulterio nō ſufficit dicere peccaui cum quadam muliere. niſi confiteat̄ notabiliter circūſtantias aggrauan/ tes nec ꝓ ſubtractōe denarioꝝ ſufficit dicere ſubtraxi aliquid. ſed ꝯfiteri o portet circūſtantias aggrauātes notabiliter

¶ Ad quintum reſpōdet̄ ꝙ multiplr̄ vnum pctm̄ eſt grauius altero. Pri mo modo cauſalitate vt pctm̄ luciferi quod proceſſit ex intrinſeca malicia. Secundo generalitate. vt pctm̄ Ade in quo nos omēs peccauimus. Ter cio ex difformitate. vt pctm̄ Jude ſcꝫ traditio chriſti. Quarto difficulta/ te remittendi. vt peccatum in ſpiritum ſanctum quod dicitur irremiſſibi/ le. Quinto periculoſitate. vt peccatum ignorantie craſſe quia talis igno/ rantia decepit hominem. Sexto inſeꝑabilitate. vt pctm̄ cupiditatis. Un de licet omnia peccata ſeneſcant in homīe ipſa tamen auaricia iuueneſcit. Septimo difficultate expugnandi. vt ſuperbia que efficitur inexpugnabi lis quando dominatur. Octauo mentis cecitate. vt illa que vſum ratio/ nis penitus excecant

